Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



187

que quia ita omnia repromittat ut fideles credentium conpbeatur, Verum transactis malis speremus iudicem esse uenturum,
Hoc est enim quod in paulo legimus quando dixerint pax et securitas tunc repentinus eis superueniet interitus sicut dolores parturientis et non effugient, Tunc duo erunt in agro unus adsumitur et unus relinquitur, tunc duae molentes in mola una adsumitur et una relinquitur
Tunc inquit duo erunt in agro quando tempore uidelicet consummationis atque iudicii duo in agro pariter inuenientur eundem habentes laborem et quasi parem sementem sed fructus laboris non aequer recipientes, duae quoque molentes simul erunt altera adsumetur et altera relinquitur, In duobus qui in agro commorantur et in duabus quae pariter molunt uelis agrum uel ecclesiam intellegere,